



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**PSALTE=||RIVM DAVIDIS || CARMINE REDDITVM || PER
EOBANVM || HESSVM.||**

Hessus, Helius Eobanus

Lipsiae, 1557

VD16 B 3198

Vitvs Theodorvs Pavlo Pfinzingo, Martini filio, Patricio Noribergensi. S. D.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69301](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-69301)

VITVS THE

ODORVS PAVLO PFINZIN=

go, Martinu filio, Patricio No=ribergensi. S. D.



VM IN MANVS VENIS
set nostri Eobani præcla
rum hoc Psalmorum o-
pus, mi Paule, gratulatus
sum tacitè hāc insignem
commoditatē discendi non iuuen-
tuti solum, quæ ad recta studia educa-
tur, sed Ecclesiæ quoq; cui in primis
conducibile est, res sacras eruditè &
perspicuè explicari. Nam cum hoc
omnium iudicio constet, Psalmorum
librum singulare sp̄ritus sancti opus
esse, propter insignem grauissimarum
rerum copiam, profecto summum in
eo operæ precium Poëta fecit, quod
tantas res cum tanta perspicuitate in
Poëmate, ceu in clara luce, conspici-
endas proposuit. Nam cum carminis
ratio illas usitatas sacrarum literarum
figuras non ubiq; reciperet, non iudi-
cij solum, sed & facultatis singularis

Aa 2 fuit



E P I S T O L A

fuit ista(ut Græci dicunt) λαυρά λοιπῶς
dicere, ut neq; de sententia Prophetæ
aliquid mutaretur, nec Latinas aures
in usitata in carmine phrasis offendere
ret. Hæc quia Eobanus noster singu-
lare nostri sæculi ornamentum, mira-
bili felicitate præstítit, profecto Eccle-
siæ utilissimū labore reliquit. Nam
si mihi in hac re libere dicendum est,
quod sentio, omnino sic iudico, hanc
Eobani Psalmorum expositionē plus
longè lucis ad Germanam Prophetæ
sententiam rectius intelligendum at-
tulisse, quam omnes omniū commen-
tarios, q; intra annos quadringentos
in scholis scripsérunt. Ut igitur opus
Ecclesiæ utilissimum, in scholis iuuen-
tuti cum maiore fructu posset propo-
ni, uolui aliquā studiorū meorū par-
tem in id ponere, ut hi Psalmi Argu-
mentis explicati, & dispositione, ac
scholijs pro mea mediocritate illustra-
ti, ederent. Quomodo enim possunt
iuuentutis studia rectius institui, quā
si hoc modo cum liberaliore doctri-
na



N V N C V P A T O R I A.

na etiā religionem discant; Nam hoc
citra controuersiam omnes eruditī fa-
tentur, plurimū momenti ad compa-
randam aliquā liberalem doctrinam
in eo esse, si pueri statim assuefiant, ad
pangendum carmen. Ego uero haud
scio an possit in scholis aliud aptius
exemplum fingendorū uersuum pro-
poni, quā sunt Eobani nostri uersus,
elegantia, facilitate & suauitate præ-
stantes. Eiusmodi cum sint Ouidiani
quoq; quis tamen non malit iuuentu-
tem simul sacra discere, quā nondum
bene confirmatos animos in profa-
nis lusibus uersari;

Hunc igitur meū laborem, mi Pau-
le, uolui tibi dedicare, ut intelligeres
usitatum meum erga nostros ciues a-
morem & studium, quos cum quoti-
dianis cohortationibus ad literas co-
lendas exuscitem, etiam aliqua parte
operarum mearum iuuare uolui. Ac
te in primis hortor, quem non solum
illustria Patruorum, in aliquot Impe-
ratorum aulis nomina, ad recta stu-

Aa 3 dia



E P I S T O L A

dia impensius colenda excitare de-
bent. Sed etiam Respublica, ad quam
olim accessurus es, ut cum literis eti-
am religionem coniungas. Ita enim
fiet, ut & tibi clarum ad posteritatem
nomen compares, & Reipublice con-
silia, & actiones tuæ omnes sint salu-
tares, id quod Christus, inspector stu-
diorum & uite tuæ clementer fa-

xit, Amen. Bene uale. No-
rierge Calend. Feb.

Anni 1538. Ex
Parochia Se-
baldina.

